Gregorius eps servus servorum dei Venerabili fratri Petro Epo Conchen provincie Marchie Anconitan
pro nobis et Roman ecclia Rectori Salt et aplicam ben. Exhibita nobis pro parte dilectorum filiorum Universi
tatis Terre Montissancti nobis et Roman ecclie immediate subiecte Firman dioc peticio continebat qd nuper ipi
de mandato quorundam officialium dicte ecclie dilectis filiis Scarabino Amono et Erughardo(?) Capitaneis Britonum
stipendiariis nris tunc existentibus cum eorum gentibus armorum in dicta Terra Montissancti victualia et alia eis
necessaria mutuo concesserunt ex quibus predicti universitas restant adhuc habere Sexcentos et Octuaginta duos
ducatos auri Quare pro parte ipsorum universitatis nobis fuit humiliter supplicatum ut eis de huiusmodi
ducatorum summa satisfieri de benignitate aplica mandaremus. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati
fraternitati tue per aplica scripta mandamus quatinus si est ita eisdem universitati de huiusmodi summa
ducatorum per .. Thesaurarium Camere aplice in provincia Marchie Anconitan quicumque erit pro tempore qua
primum commode fieri poterit integre facias satisfieri. Contradictores per censuram ecclesiasticam et aliis iuris
remediis appellatione postposita compescendo. Non obstante si eidem Thesaurario vel quibusvis aliis communiter
vel divisim a sede aplica sit indultum qd interdici suspendi vel excommunicari aut extra vel ultra certa loca
ad iudicium evocari non possint per litteras aplicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum
de indulto huiusmodi mentionem. Dat Anagnie [id.] Octobr Pontificatus nri Anno Septimo.

Registrate fuerunt presentes litte per me Lucam
Anthonii Vanis de Piro notarii Camere
locumtenentem. sub anno CCC. lxxxxvii. v. ind.
die xviii Jan

.. Jo. pauli.

Johannes de [illegible]

R

Brouuart.

[illegible] de Cressinis de Verona

Gregorio XI.

N.° 13.° 1371